omnino dices mihi. Narita de vestis &c: quid sunt Hec mihi magis inprompte sunt, et spero ea ipsa tibi non fore insuavia, sed multa signa tui non vulgaris ergo me amoris, quem equidem in tuis lite ris diducide expressum exosculor, et Filium Dei supplex oro, ut tuae adolescentie liberaliter bene ducatissimumque suave ingenium, sicut benigne tibi contulit: ita excolendo illud, exornandoque in osten so tenore sua beneficentie prosequatur. Te interea quod promittis in epistola, (quae sane est elegans, et mihi valde grata:) noli tibi ipse deesse, da operam ut retineas illam puritatem latini sermonis, et quamvis incumbes in studium artium superiorum, vide ne unquam tamen despicias curam non inscaviter intexendae orationes, magnum inde ca[illegible] disciplinae ornamentum accedet. Immodicum te esse in studio discendi, aut vehementem minime velim. Moderatio melior custos est diuturnitatis, et assiduitas in tali ingenio, quod etiam nunc aliqua vere pietatis luce illustratum est, oculto progressu non multos fructum uberiorem, omnium expectatione. Legerunt tuam epistolam, Abraham et Jeremias, qui te amant et salvere jubent. Saluta meis verbis reverenter Doct. Sebastianum Winshemium meum veterem amicum in Christo. Vale. Nam ingredior domum et pomeridiana exhortatione, ipso quem vocant M. Magdalena 1571.

Tui in Dno studiosus
Johannes Molang.

(82.) Arnoldo Schrader Joachimi f.
Pax Christi.

[= Mscr. a. 7: Nr. 208] Quod ad Henricum nostrum proprius te adjunxeris factum bene tibi gratulor. Arnolde Schrader, et consilium tuum laudo. Novimus illius juvenis non solum ingenium et studium, sed etiam modestiam et integritatem. Nihil erat tibi isthic Henrici convictu suavius, nihil etiam tuis studiis magis accommodatum, crede mihi quotidiana ejus consuetudo non mirifice augebit probitate,

et scientia, quam ambitio se quorundam lectiones. Pro-
inde non tam hoc tuum est consilium, quam peculia-
re cujusdam Dei benevolentiae argumentum. Cujus
neque tibi aliud alterum existimes: aut sine sensu prae-
tereundum est, quod te nuper ab illis maledicen-
tiae magistris avocavit, et in eam scholam compulit,
cui equidem te meo animo ab initio, et consilium
destinarat. Interea, siquid molestum fuit ab illo
grege sycophantarum, id sedato ferre debes, cui, quam
mihi parentes credere maluerunt. Sed haec vale,
atque siquidem quod imprudentia nostra peccatum
fuerat, Dei indulgentia correxit. Superest, ut quam
iam etiam melioribus auspiciis ingressus es, eam
magno animo urgeas, et istum tuum Henricum
contubernalem, atque aemulum ejusdem laudis asse-
quendae etiam ipse hortere contendas. Hodie reddita est
mihi epistola Conradi Dammerdt, in qua queritur si-
bi admodum [illegible] esse, mallet istuc transvo-
lare, sed retardat eum [illegible] et grave, sicut
est apud Cominum. Vos quoque parentes, qui propositi
perpetuos sumptus suppeditant, non solum neces-
sarios, sed etiam liberales, agnoscere convenit
hoc magnum et memorabile beneficium, summa-
que contentione hoc agere, ne quid ipsius perisse
videatur in pecunia collocanda. Sed nihilo se-
cius hoc [illegible] habes, sibi ma-
gni nominis doctores, eruditionis, virtutisque
laude praestantes in inclyta Wittebergae. Dede-
ram literas et ad Wittenbergam exhortandi
causa: sed ille suis quibusdam studiis impeditus re-
spondendi officium neglexit. Res hic a nobis non
asperae sunt, ut olim, neque turbulentae, pro ea tamen ex-
optata felicitate Deo patri nostro per Jesum Christum
merito magnas gratias ago, vosque adhortor, ut ne
eam imbecillitatem, quae se totam patriae vestrae im-
pedit, vestris peccatis in multis adjunctis. Vale ju-
venis in primis tranquillo ingenio, et candido. 12.
calend. Augusti Bremae 1571.

Tui studiosiss.
Johannes Molanus.